e-codices

aeno fieri nemo ignorat, et non longè alio modo, quippe
Asini statuam plurimis in locis videre est, et pro inaurata
lingua, quæ inter reliqua corporis Berosi membra maximè
lucebat, asini aures non inauratæ emicant, sed longè
ob auro distante materia, ligno aut certè papiro
confecta, ob nimiam et inde certam magnitudinem e=
micant, unde et pueros Asini aures perumq excipere
et irridere videmus, at, quod stupore et miraculo
non caret, à rebus inanimatis Asininas auriculas
irrisas fuimus, quippe Mydas ab ipsis arundinibus,
omni ratione carentibus, quæ irridentium, et illuden=
tium similes sonos reddebant, irrisus fuisse traditur,
Rex Mydas habet aures Asininas, non infinitas
ibo in Africa homines reperiri, quorum aures totum
corpus tegere possint, nec tamen ideo reprehendendos
arbitror, quia aures illis maximo usui esse possunt,
illis enim tanquam tecto aliquo, à pluviis, nivibus, et
ardore nimio corpus servare et tueri posse videntur,
si tamen verum est, quia ab auctoribus citatis Maiolq
recenset potius, quàm existimat vel affirmat, at
in quem usum Asino sua aures, an ad corporis ornatu,
aut elegantiam, cùm tamen totum corpus dehonestent,
an ad auditum acriorem iuvant, mus minimas habet

Lizenz: CC-BY-NC – Zürich, Zentralbibliothek, Ms. D 147, f. 253r – Collection of oratory practice pieces in Latin by novices at the monastery of St. Gall, 1660 (http://www.e-codices.ch/de/zbz/D0147/253r)